

Omnis, qui credit in eum. Jo. 3. 16. Significanter dicitur in eum: ad differentiam credentium ipsum, sed non ipsum. Qui enim credit, & factis negant; credunt quidem ipsum, sed non in ipsum. Qui autem fide, quæ per dilectionem operatur, credunt; ita credunt, quod credendo tendunt in ipsum. Cajetanus hic. Aliud est credere illi, aliud credere illum, aliud credere in illum. Credere illi, est credere, vera esse, quæ loquitur. Credere illum; credere, quod ipse sit Deus. Credere in illum, est diligere illum. Credere, vera esse, quæ loquitur; multi, & mali, possunt: credunt enim esse vera, & nolunt ea facere; quia ad operandum pigri sunt. Credere autem, ipsum esse Deum, hoc & demones potuerunt. Credere verò in Deum, soli novere, qui diligunt Deum; qui non solo nomine sunt Christiani, sed & factis, & vita. V. Beda in c. 1. ep. S. Jacobi.

Novi opera tua, & fidem, & charitatem. Apoc. 2. 19. Nescit utramque, fidem, ut principium salutis; charitatem, quæ fides vivificatur. Sylv. hic.

Ex Patribus.

Fide titubante, charitas etiam languescit: nam si à fide quinquam ceciderit, à charitate etiam necesse est, cadat: non enim potest diligere, quod esse non credit. S. Aug. l. 1. de doctr. Christ. c. 37.

Charitas robur fidei, fides fortitudo est charitatis. Et tunc verum nomen, ac verus est fructus ambarum, cum insolubilibus utriusque manet connexio. Sanct. Leo ferm. 7. de Quadrag.

Quod si quis amore in Deum accendatur; non sustinet postea ad corporales res oculos intendere; sed alios oculos possidendos, oculos, inquam, fidei: illa speculator semper, & ad illa habet mentem intentam. Sanct. Chryl. hom. 28. in Gen.

Sicut corporis hujus vitam ex motu suo dignoscimus; ita & fidei vitam ex operibus bonis. Itaque vita quidem Corporis est anima, per quam movetur, & sentit; vita verò fidei charitas est, quæ per illam operatur. S. Bern. ser. 2. in die Pasche.

Fides fervore charitatis animatur ad vitam. Pigra planè, ubi differim impendit, si non confessionis sibi vendicent libertatem beneficio dilectionis. Gilbertus l. 13. in Cant.

Quemadmodum nutrimentum ignis oleum, & ligna sunt; ita amoris argumentum clara est cognitio veritatis. Impellit affectus veritate, quæ cognitiva virtutis inhabitat sedem. S. Laur. Jukt. de triumph. 29. c. 13.

Præus venit in carnem, miracula edidit, & Divinitatis operam præmonstravit insignia: deinde Paracletum misit; quatenus ascendenti ad dilectionem jure servato, antè erudiretur ad fidem, demum intelligendo, qui deberet meritò diligere, amoris uretetur incendio. Idem l. de vita solit. c. 17.

§. XI.

Fides cum spe.

Spes fidei est spes, in qua continetur, quemadmodum fides ab anima. Cum autem spes expiraverit, perinde ac si sanguis efflueret, vitalis fidei facultas dissolvitur. Clemens Alexand. l. 1. pæd. c. 6.

Fides spei substantia est. S. Zeno Veron. ferm. de fide, spe, & char.

Corpus, quibus se promovet, habet tria, scilicet caput, manus, & pedes. Caput notat divinam charitatem: Sicut enim in capite sunt omnes quinque sensus; sic in divina charitate dulciter sapit animæ, quiddam dicitur, & auditur, & videtur de Deo. Manus animæ sunt fides: sicut enim in manu plures sunt digiti; sic sunt in fide multi articuli, quamvis sit una fides. Pedes animæ spes; per hæc enim anima procedit ad Deum. Rev. S. Brigittæ l. 4. c. 115. V. C.

Gemini ante fores cœlestis canens fidibus. Lem. Ex fide vivit: Rom. 1. 17. Credere oportet ascendenti ad Deum; quia est; & inquirentibus se remunerator sit. Heb. 11. 6.

§. XII.

Fides gaudet, & crescit adversis.

Minimum est omnibus seminibus. Matth. 13. 31. Sicut granum sinapis prima fronte speciei sui est parvum, vile, despectum; non sapore præstans, non odorem circumferens, non indicans suavitatem: at ubi teri coeperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammæ saporis exhalat, & tanto terrore calore succenditur; ut mirum sit, in tam frivolis granis tantum ignem fuisse conclusum. -- Ita & fides Christiana prima fronte videtur esse parva, vilis, ac tenuis; non potentiam suam ostendens; non superbiam præferens, non gratiam subministrans: at ubi diversis temptationibus terri coeperit, statim vigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem Dominicæ credulitatis aspirat; & tanto Divini ignis ardore succenditur, ut & ipsa ferveat, & participan-

tem sibi ardere compellat. Sanct. Ambrosius ferm. de grano sinapis.

Fides grano sinapis comparatur; quod quanto magis atterritur, tanto magis ejus fortitudo sentitur. S. Thomas in ep. 1. Cor. Lect. 1.

Namquid pro piscis? Luc. 11. 11. Piscis bonus, pia est fides. Vivit inter fluctus; nec frangitur, nec solvitur fluctibus. S. Aug. l. 29. de Verb. Dom.

Quia traditam nobis Divinitatis disciplinam pax longa corruperat; & facientem fidem, & penè dixerim dormientem, censura cœlestis exeret. S. Cypr. l. de lapsis.

Cito fides in exercitata languescit, & crebris otiosa tentatur incommodis. S. Ambr. in Pl. 118.

Fides alterius attractæ generosus sonant. Lem. Vis ipsatorum fidem facit animosam. Exultabit modicum nunc, si oportet contritari in variis temptationibus; ut probatio vestra fidem veniat in revelatione Jesu Christi. 1. Petri 1. 6. 7.

Fides vel ipsi exitata tormentis, Magis alta, magis est clara, quod magis tenet, Quod tortis magis est. Muta languet, & nulli Audita serpit, si quis ferre tergumentum Fides recusat.

Hefius.

Vide tit. Ecclesia. Persecutiones.

§. XIII.

Fidei tepida, & defectuosa, damna.

Ipsa verò dormiebat. Matth. 8. 24. Periculatur navigium in stagno, & dormiebat Jesus. Navigium in hac vita, quasi per quoddam stagnum; & ventus est, & procellæ, non desunt temptationum. Unde hoc fit? nisi quia dormit in te Jesus. Si non in te dormiret, tranquillitatem haberet intrinsecus. Quid est autem, quod in te dicitur dormire Jesus? nisi quia fides tua, quæ est de Jesu, sopita in corde tuo. Sanct. Augustin. ferm. 221. de temp. Navis tua, cor tuum; Jesus in navi; fides in corde. Si meministi fidei tue, non fluctuat cor tuum: Si oblitus es fidem tuam, dormit Christus; observa naufragium. Idem Conc. 1. de prima par. Psalm. 34.

Utinam frigidus esses, aut calidus? Ec. Apoc. 3. 15. Utinam, aut calorem, aut fidem haberes bonorum Christianorum; aut certe frigus, & ignorantiam paganorum. Aut enim fides calidat Deo infundat; aut certe ad præsentem adhuc legis ignorantiam aliquatenus excularet. Nunc autem, quia Christum jam agnovisti; & negligis, quem agnovisti, qui susceptus quæ intra os Dei per fidei agnitionem, projectis per teporem. Salvianus de Provid. Dei lib. 4.

Fidei nostre pravaricatoris fumus; simulata, ficta, fucata, videntur esse, quæ dicimus. Nihil prodest, verbis præferre virtutem, factis destruire veritatem. S. Cyprianus lib. de mortalit.

Sicut in corpore quinque Corporis sensus sunt; ita in anima sunt quinque sensus spirituales. Visus est fides; auditus obedientia; gustus amor; olfactus spes; tactus patientia. Anima in peccato jacens hos omnes sensus ligatos habet; ita enim credit, acsi non, crederet; ita sperat, acsi non speraret, absque obedientia, patientia, & amore. S. Bernardus ser. de quinque sensib. Apud Diez Conc. 1. in Comm. Virg. Non sunt omnia verba S. Bernardi.

Christianus malus; dum secundum Evangelii doctrinam non vivit, etiam ipsam fidem, quam verbo colit, oborta tentatione facile perdit. S. Hieron. l. 2. c. 1.

TITULUS VII.

FIDUCIA IN DEUM.

§. I.

Sui secunda dormit.

TERRAM, in qua dormis, tibi habeo. Gen. 28. 13. Quis? uturbem occupet, non exulet? & tamen regi Jacob, & rerum potitur quietendo. Quod si eam possidet terram, in qua obdormit; quam nos felicium dominum nostræ carnis, quæ terra est, inibimus; si non illi exubemus anxii, sed generose indormiamus, ad quem somnum nos Christus, & avium garrula, & mollitudine lillorum, provocavit. Quis autem in lilio non cubet? aut inter luscias non sopiatur? Psalm. 54. 23. Jactis super Dominum curam tuam, & ipse te curabit. Fallimur, si tunc cœlo spes nostras committimus, cum ros ex eo defluit. Tunc te pendere in Deo volo; cum te ab eo desertum, spretumque, putaris. Ibi Jacob indormiit, ubi non gramen, non thorus erat: Saxum solum præstito erat cervicali, & dormiit. Oliva lib. 1. Strom. hic. Tangitur hic fructus vite contemplativæ. Terra enim hæc, patria cœlestis est, in qua erit perfecta quietus. Unde in hac terra debet caput nostrum, idest, mens, tamquam in pulvinari, quiescere; ut quieta sit à terrenorum cura. Hanc dabit nobis Deus,

Deus, si in ea per contemplationem, & desiderium, coverfamur. Joannes Geminiani lib. similitud. c. 8.

Dilataveris ad occidentem, & orientem? Ec. Gen. 28. 14. Hoc audit Jacob, non cum fratre pluplant, aut parentem fallit; sed, cum in soporem refolutus, Deum videt innixum scale. Id. ibid. Sensus est, quasi ideo donet, quia dormit, quia nullam temporariam curam gerit. S. Chryl. hom. 54. in Gen.

Putabam, nos ligare manipulos? Ec. Gen. 37. 7. Obvenere tum manipuli inclinati, & obsequentes stellæ, Josepho adolescenti, sed dormienti. Oliva l. 1. Strom. ibid.

Vidi somnum; & videbatur mihi quasi subincertis panis ex hordeo volvi? Ec. Judic. 7. 13. Quod se, suaque, magis Deo, cœloque, comiserit Dux, eò majorem de hoste referet victoriam, Oliva l. 1. Strom. ibid.

Fallum est igitur in mente illa. 4. Reg. 19. 35. Cæsa Assyriorum in tenebris caltra, quo tempore Israelite quiescebat. Tum potissimum pro grege pugnauerunt Coelites, cum Ezechias non tam in suo fratre, quam in Deo suo, recumbebat. Quod si arces somno, melius, quam pugna, servantur; quid de Ecclesia fiet? quam seu in Eva, seu in navi, adumbratam putemus; fatemur necesse est, & in fluctibus à dormiente Salvatore vindicatum, & à paradiso à dormiente Adam enatum. Id. ib.

In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Psalm. 4. 9. An ideo auctæ res Davidis dormientis? imò multum amplificatæ. Revertit, non languit, in sopore spes? nam subjicit: quoniam tu Domine singulariter in spe confisus sum. Quis non Deo votum dicat militandi, cujus stipendia mereri licet quiescendo? Bene de Deo meritis es, si diu dormisti. Id. ib.

Non contrahat iustum, & Prov. 12. 21. Quia scit, se, suaque, esse Deo curæ. Quare in paterna ejus cura suaviter requiescit. Cornel. hic.

Ego dormio, & cor meum vigilat, vos dilecti mei pulsanis. Cant. 5. 2. Ubi fortissimi Israel Salomoni addant? in arce; an in tentorio? aut throno suo? Audio Cant. 3. 7. in lectulum Salomonis? gladii pullularunt è plumis, Docemus; tutores nos nunquam fore, quam in quiete dormientis in Deo animi. Munitor thorus est Salomonis, quam turris David: in hac arma defensiva, clypei & ibi offensiva, & defensiva. Oliva lib. 1. Strom. ante citatus.

Ipsa verò dormiebat. Matth. 8. 24. Exprimitur securitas potestatis; quod omnibus rimentibus solus intrepidus quiescebat. S. Ambrosius in c. 8. Lucæ.

Genius quasi fessus, & sopore lassus, incubat anchoræ. Lem. Juvvat fessus. Habebis fiduciam profusa tibi spe, & defessus securus dormis. Job 11. 18.

§. II.

Fiducia in Deum vincit omnia ardua.

INTE CRIPAT à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Psalm. 17. 30. Ignavos, & pusillanimes, lapis magnus, & nonnāquam parvus à Dei itinere revocat. Barradius Dom. Pascharis.

Iustus, quasi leo, confidens absque terrore erit. Prov. 28. 1. Aptè iustus comparatur leoni: quia leo, ut dicitur Prov. 30. 30. fortissimus bestiarum, ad nullas pavore occurrunt. Plinius lib. 8. cap. 36. invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum. Sic iustus omne robur habet in capite, idest, mente, voluntate generosa, & amore Dei armata. Vidimus leonem, in quem immisi canes venatici, & molossi cum unus eum fronte apprehenderet, alii auriibus, alii cauda, alii dorso, alii pectore, immotum persistere: at cum jam planè canibus circumdatus esset, singulos pedibus complecti; ac omnes ex ordine, à primo ad ultimum, singillatim disscerpere; ea facilitate, & quiete, quæ chartam laceramus. Cornelius hic.

Dicetis monti huic? Ec. Matth. 17. 16. Mystice mons, est gravis tentatio, ut docet S. Hieronymus; quæ maxime vincitur fide, & spes; puta orando; sibi diffidendo, & dicendo Deo. Unde S. Franciscus molesta tentatione Spiritus pulsatus, intendens orationi cum lacrymis, audivit e cœlo vocem: Francisce! si habueris fidem ut granum sinapis, & dixeris monti, ut transeat, transibit. Querit ille: Domine, qualis hic mons? cui responsum: mons est tentatio. Franciscus cum lacrymis fiat mihi Domine, sicut dixisti; & statim, sublata omni tentatione, quievit, Vvading, in Ann. Minor. 1218. n. 2. Cornel. hic.

Omnia possunt in eo, qui me confortat. Philipp. 4. 13. Quanta fiducia vox! omnia possibilia sunt inimiti super eum, qui omnia potest. Nihil omnipotentiam fuit clarior reddidit; quàm quod omnipotentes facit omnes, qui sperant in eo. S. Bernardus ser. 25. Apud Sylv. Addit. in Evang. Matth. 9. 9. 7.

Vide tit. Difficultates. Magnanimitas. Spes.

§. III.

Fiducia in Deum non est vacua.

OMNIS locus, quem calcaverit pes vester, erit. Deut. 11. 24. Magna fides magna meretur; & quatenus in bonis Domini fiduciam pedem porrexeris, cætenus possidebis. S. Bernardus ser. 32. in Cant.

Qua non quisvis multibrem cultum Esth. 2. 15. Actum est de Esther; nam Puellæ reliquæ, quibuscum de occupando regis cordæ certatum est, pigmenta, & ornamenta, petiere; se principi gratiosas fore ornatu confite: quiddam postullarent ad ornatum pertinens accipiebant. Et tamen pigmentatæ rejectæ sunt; delecta verò præ cæteris Esther, ipsa gratior negligencia. Ergo, si placere Regi vis, noli esse sollicitus de fucis tuis. Si Esther fortunam suam arbitrio Eunuchi excolendam tradidit; tu pastor tuo tincturam velleris tui non committes? Oliva l. 5. Strom. hic.

Sola spes apud te miseracionis obtinet locum; nec oleum misericordie, nisi in vase fiducie ponis. S. Bern. ser. 3. in Annunt. B. V.

§. IV.

Fiducia in Deum roboratur potentia Dei.

NUMQUID Deo quidquam est difficile? Gen. 18. 14. Numquid minus Dominus invalida est? Num. 11. 23. Scio, quia omnia potes, Job 42. 2. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? Psalm. 88. 9. Numquid abbreviata, & parvula facta est manus mea? Isa. 50. 2. Unde illos quis poterit saturare panibus? Marci 8. 4. Quid ad illa verba Christi, unde ememus panes? Joan. 6. 5. respondere debuerunt Apostoli: Hoc sane, Domine, jam senel majorem turbam quinque panibus, & duobus picibus, satiasti; nihil tibi difficile: qui majorem pavit, pascere potest & minorem. At illi nullum de præterita saturatione verbum faciunt; sed rei difficultatem opponunt: unde illas. Et in sum impotentiam, ac penuriam, conjiciebant oculos; non autem in Magistri potentiam. Idem difficultissimum, imò impossibile, illis videbatur; tanta turbe panes suppetere, si Christi potentiam confiderassent. facillimum id esse existimassent. A veltra penuria oculos avertite; in opulentia, potentiaque Magistri fuge. Psalm. 144. 15. Oculi omnium in te sperant, Domine. Barradius l. 2. lib. 10. cap. 17. hic Dom. 6. Penrecollens.

Si ergo vos - nostris bona data dere filii vestris. Luc. 12. 13. quanto magis Pater vester. Quare non vis accedere? amat te plus omnibus potest. Et vult, & potest, Quid prohibet? nihil, S. Chryl. in Act. hom. 36.

Confidite in potentia Domini Jesu Christi: cujus clementia immensurabilis est, cujus potestas ineffabilis, cujus gratia fempet, & in æternum desiderabilis: quia nunquam derelinquit vos; sed in omnibus ubique vobis aderit. S. Martialis Ep. Lemo-vic. epist. ad Tolofanos c. 25.

§. V.

Fiducia in Deum exempla.

Qua prevaluerunt nimis. Gen. 7. 19. Nota hic constantiam spei in Noe, & patientiam. Relinqueret coactus domum, amicos, & omnia, imò eorum interitum videre: quasi in carcere, fœtore animalium clausus: videbat tantam iram Dei: nesciebat, quæ diu diluvium duraturum: cruciabat eum interitus tot hominum, & animalium: laborabat, ut suos in sperboraret, & consolare. Vide Hebr. 11. 7. Eccl. 44. 17. Cornel. hic.

Ecce vir luctabat, cum eo uque manet. Gen. 32. 24. Quam obrem luctatur Angelus cum Jacob; illum fiducia roborat, qui fratrem metuerat. Quapropter etiam illi victoriam concessit, dicens: nonne me solum vicisti, & hominem tenuisti? B. Theodoretus q. 91. Si quæras, quare Deus sic luctabatur, quod luctantem superare nollet? ad hoc est ratio: ad monstrandum scilicet efficaciam fortis, & fiducialis orationis. S. Thomas cap. 32. in Genes.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timeo? Ec. Psalm. 26. 1. Quanta fiducia in eo, qui novit dicere: Dominus illuminatio mea. Protegitur Imperator securis, & non times; protegitur mortalis à mortali; & securus est: protegitur mortalis ab immortalis; & timebit; & trepidabit? S. Augustin. hic.

Audisti autem Jesus miratus est. Matth. 8. 10. Quis actus ille magnus fuit virtutis, ex quo tantum applausum sibi conciliavit Centurio? Ecce hoc unicum: tantum confidit Christi potentie; ut crederet, etiam distantem servo sanitarum reddidit, si vel verbum in salutem ejus exaudivit. Tantum dicit verbo. Segneri ser. 2. die Jovis post Cinc.

Surgam; & ibo ad patrem meum. Luc. 15. 18. Qua spes? qua fiducia? qua confidentia? illa, quæ pater est. Ego perdididi; quod erat filii; ille, quod patris est; non amisi. Apud patrem non interegit extraneus: intus est in patris pectore ipse; qui intervenit, & exorat, affectus, S. Chrylogolus f. 2.

Præbet apud Dominum nobis hominibus peccatoribus fiduciam Deus - homo. Est nobis spes magna poenitentibus: quia advocatus noster factus est noster Judex; qui non vult mortem peccatoris. Sanct. Eligius hom. 8. in Cœna Domini.

Diffidentia Deo displicet.

A digne escaerum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Psal. 77. 31. Cur eos tam repentina ira Dei oppressit? ob diffidentiam de bonitate, & providentia. Dei. Quoniam percussit petram &c. numquid & panem poterit dare? v. 20. Hanc populi obreclationem diuinitus Deus accepit; nec diu vindictam distulit. Licet alia peccata patienter tulerit, hoc tamen mox castigat. Pinna in Eccl. Ethol. 34.

Miratur S. Prosper, in Psal. 105. 32. Moysen dubitantem petram percussisse; cum Deus in Aegypto tanta jam miracula paratit.

Fiducie in Deum motiva alia.

Sine sui cum Moysa, ita ero tecum: non dimittam, neque derelinquam te. Ioh. 1. 5. Ita nos Christus ad fiduciam stimulat. Drexel. Ros. select. virt. c. 14. §. 4.

Et enim passer invenit sibi domum, & arietur nidum; ubi ponat pullos suos. Psal. 83. 4. Vis audire, qualis lectulus? iacta cogitatio tuos implens in Domino, & ipse te nutriet; donec formetur, & firmetur in te Christus, & occurras in virum perfectum, qui fluctare non possit. Gilbertus f. 2. in Cant.

Ego stus cum hi, & lilium convallium. Cant. 2. 1. Quia illis mentibus meam præcipue gratiam tribuo, que nullam spem in se habentes, mihi se humiliter devotione committunt. S. Thomas hic.

Quare Dominum; dum inveniri potest, invocare eum, dum prope est. Isa. 55. 6. Quamdiu prope est, totum hoc vitæ præsens tempus designat; in hoc semper prope est, ut open ferat, quoque malo labores. 2. Cor. 1. 3. Pater misericordiarum. Nusquam dicitur Pater iustitiæ, sed vocatur Pater misericordie: quia sicut pater naturali ductu, & innata propensione, in filios fertur; ita Deus natura ad beneficiendum propendet. Pinna in Eccl. Ethol. 34.

Orantes nolite multum loqui. Matth. 6. 7. Christus breviter orare docuit: quia ita cupit dare desiderata, ut prohibeat multum tempus in ea ut infumere, quod ad multa, & diversa petenda possit sufficere. S. Chrylogos serm. 67. Christus breviter orare docuit, qui cito vult postulata præstare. Pinna ib. Ethol. 12.

Juramentum in Deo actus religionis non est, nec dicti firmatio; sed hominum solatium, quo sublevari nostra infirmitas. Philo I. de Abel. Jurat Deus ad fidem hominum excitandam; qui vel Deo, nisi jurato, non credunt facile. Tertull. de penit. c. 4. ad Ezech. 33. 11. Vivo ego dicens, cupi sibi crederi. O nos beatos, quorum causa Deus jurat. Velloso in Judith. 1. Parænetic. 18.

Citius cœlum cum terra periret; quam Deus hominem; se se illi resignantem, & benignitati ejus humiliter confidentem, abjiceret, aut desereret. Ludovicus Blofus Sacello animæ fid. §. 2.

Fiducie in Deum de alimentis.

Pater noster. Matth. 6. 9. Quid charius debet esse filiis, quam Pater? & simplex affectus? cum homines dicunt Deo: Pater noster! Et quadam impetrandi præsumptio, que petituri sumus; cum, priusquam aliquid peteremus, tam magnam donum accepimus; ut sinamur, dicere, Pater noster, Deo. Quid enim jam non det filiis petentibus, cum hoc ipsum jam ante dederit, ut filii essent. S. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte. 8.

Sic Pater noster. ib. v. 32. Non dixit, scit Deus: sed Pater noster; quod maximam habeant fiduciam. Ex quo enim Pater est, & talis Pater, filios despiciere non poterit; & pati, ut rerum necessarium indigentia deficiant, cum neque terreni patres id sustineant. Itaque quam tibi existimas esse causam sollicitudinis, magis causa est securitatis. Quia enim hæc necessaria sunt, ideo magis confidere oportet: quis enim pater etiam necessaria filiis negabit? Eurhymius hic. Quid tam augeat fiduciam? quid tam inflammat affectum? quid tam lætificat humilem animam? sicut Deum verum, & summum, velle à Fidelibus Patrem vocari, eumque fiducialiter Patrem vocare. Dionysius Carthus. hic.

Nonne anima plus est, quam esca? Matth. 6. 25. Quod dixit Dominus illi invidi est, qui majora præstitit; utique & minoræ præstitit. S. Hieronymus.

Indecorum est, homines curare de cibo; qui militant regno. Novit Rex, quemadmodum familiam suam pascat; aliat, vestiat; & ideo dixit: nolla super Dominum curam tuam; & ipse te nutriet. Pl. 54. 23. S. Ambros. in c. 12. Luc.

Pascēbat te Dominus contentem te; & deseret te timentem te? S. August. in Pl. 33. 10. timete quoniam non est inopiantibus esca.

S. Franciscus Seraphicus suis non dabat aliud vitæicum; quam hoc: nolla super Dominum curam tuam; & ipse te nutriet. Cornelius in Prov. 10. 22.

Vide plura tit. Providentia Dei de alimentis.

Fiduciam non colloca in temetipso.

Quomodo ceciderunt fortes? 2. Reg. 1. 19. Aquilis velociore, leonibus fortiores. Si fortes, quomodo ceciderunt? Non gloriatur sapiens in sua sapientia, neque fortis in fortitudine sua: nam, est finit aquilis velociore, ut contemplativos velocitate intellectus superolentes; est leonibus fortiores, ut in fortitudine operis veros prædicatores superent; tamen, si, de se præsumentes, clypeum salutis abiciunt, erunt corruentes coram inimicis suis. Qui autem confidit in Domino, sicut mons Sion non commovebitur in æternum. Maluit Saul 1. Reg. 31. 4. incumbere super hastam suam; quam innixit super Dominum: idcirco baculus Aegypti arundineus perforavit manum ejus, Drogo Ost. 1. de creat. & redempt. primi hom.

Deus meus in te confiso, non erubescam. Psal. 24. 2. Deus meus; ex eo, quod in me confidebam, productus sum usque ad hanc infirmitatem carnis. Et qui, deserto Deo, sicut Deus esse voluit; à minutissima bellia mortem timens, de superbia mea irrisus erubui. Jam ergo in te confido; non erubescam. S. August. hic.

Immolabit sagena sua, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis intrastata est pars ejus, & vobis ejus electus. Habac. 1. 16. Dicit, quosdam sic se gerere, quasi retia, & sagenam suam adorent: quia per illa cibum sibi, & familiam parant; sicque illa pro Deo habent, & totam in eis fiduciam habent. His similes illi, qui in arte sua laboribus nimis confidunt. Marchantius Dominici. 14. Pent.

TITULUS VIII.

FILII.

Donum Dei: varia nomina, ædificium, domus &c.

Possedi hominem. Gen. 4. 1. Cain Hebræicè idem, quod possessio. Distant parentes, proles esse dona Dei. Abel S. Ambrosio dicitur est, quasi ha bit, idest, datus Deo. Josephus, & Eusebius, Abel interpretatur salum. Verum propriè Abel ex Hebræo significat vanitatem. Cornel. hic.

Joseph, cum sexdecim esset annorum &c. Gen. 37. 2. Hebraicum Ben, idest, filius, significat inchoationem, & quasi ædificacionem illius rei, à radice hanc, idest, ædificavit. Cornel. hic.

Ædificavit eis domos. Ex. 12. 1. idest, dedit eis prolem numerosam divitem, honoratam. Hebr. enim filius vocatur ben, à radice hanc, idest, ædificavit: quod filius sit quasi fabrica, & domus patris. Nota: congrua hæc fuit merces ut quo proles Hebræorum servaverant, prolihus bearentur. Cornel. hic.

Qui maledixit patri suo, & matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris. Prov. 20. 20. Lucerna est Symbolum filiorum, & nepotum. Sicut enim lucerna una accendit aliam, & aliam; per eamque lumen suum propagat; sic pater suum quasi Spiritum, & vitam inspirat filiis; eumque per nepotes propagat. Sic Plato docet; parentem filius vitam tradere; cutores rædas accensas, quas initio stadii à Præfecto acceptant, eo emenso tradebant aliis, & hi aliis &c. Is autem, in cujus manu fax extinguebatur, habebatur infelix, & inglorius. Sic pater, qui moriebatur sine liberis, ut in eo lucerna familie extingueretur, habebatur infelix, & inglorius. Poena hæc eorum, qui maledicunt patri. Ex adverso Deus in Scriptura dicitur filius piis parare lucernam; idest, filios, & posteritatem illustrare; Psal. 131. 17. Item de Abia 3. Reg. 15. 4. propter David dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Jerusalem, ut suscitaret filium ejus post eum. Corn. hic.

Et peperit filium masculum. Apoc. 12. 5. Propriè, & genuinè, filius masculus est populus fidelis, & sanctus, quem Christo parit Ecclesia: Alludit ad Isa. 66. 7. Sic populus Israel vocatur filius, isque primogenitus Dei Osæ 11. 1. Puer Israel, & dilectum, & ex Aegypto vocavi filium meum. Nota: Fideles, ut sint Christo chari, & genuini ejus filii, masculi esse debent; ut foriter suis cupiditatibus impugnet, & constanter adversa quarvis sustineant. Nam foemina, idest, voluptuarii, molles, timidi, & inconstantes, quasi spurii ab eo rejiciuntur. In masculis ergo Fidelibus perstat Christi, quasi parentis nomen, & gloria. Masculus enim Hebr. dicitur Sachar à Secher, idest, memoria: quod in eo patris post mortem nomen, & memoria perdetur, juxta Eccl. 30. 4. mortuus est pater ejus, & quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se. E contra foemina vocatur Hebr. Nafin à Nafin, idest, oblitus est: eo quod in foemina patris nomen, & memoria, pereat. Cornelius hic.

Filii primogeniti privilegia.

Vnde mihi primogenita tua. Gen. 25. 31. Jus Primogeniti in lege naturæ quadruplex. I. Erat princeps fratrum, eorumque quasi dominus, & pater; adeo ut coram eo se fratres inclinarent, ut pater Gen. 27. 29. II. In divisione hereditatis duplices partes accipiebat, ut pater Deut. 21. 17. III. Post diluvium Primogenitus erat Sacerdos familie, & parentibus in Pontificatu succedebat. Num. 20. 28. IV. Pater moriens peculiariter Primogenito benedicebat. Cornel. hic.

Filii imitentur bonos parentes.

Pater habemus Abraham. Luc. 3. 8. Nemo confidat in prædecessoris justitia, si sibi dominetur iniquitas. Proinde Joannes hanc præsumptionem interimit, ut filiis merita paternæ subveniant: quoniam filii Abraham non computantur in semine; sed in fide, ac in imitatione morum, & directione virtutum. Simon Cassia lib. 3. Quid profuit Cham? quid Ismael? quid Esau? quid Dinæ? quod patres carnales habuerint sanctos? Sicut enim per divinam justitiam unius peccatum alterum non obligat; sic prædecessorum justitia posteris à malis non liberat, nec ad beatitudinem salvat. Idem 1. 8. cap. 12. Non prodest nobilitas generis; & paternæ bonitas in filios non transfunditur; neque virtus, more hominum, aut arborum, propagatur: quoniam tantum caro de carne nascitur, non virtus originem habet ex carne; jusque solus Deus potest esse largitor. Inaniter igitur Judæi de Abraham filii gloriæ vendicabant, quod de suis lumbis essent tradidit continuata propagine. Id. 11. c. 39.

Non fidamus patrum virtutibus; sed, etiam si celebrem habeam parentem, ne putes tibi illud ad salutem sufficere; aut ad honorem, & gloriam; nisi & moribus illi cognatus sis. S. Chrysof. in ep. ad Rom. f. 19.

Filii boni malorum parentum; mali bonorum parentum.

Ex pessimis parentibus optimi filii Abraham ex Thare. Gen. 26. Jonathan ex Saule, 1. Reg. 13. 3. Ezechias ex Achaz. 4. Reg. 16. 20. Jofias ex Amon, 4. Reg. 21. Timotheus ex patre gentili, Act. 16. 1. Job ab Esau duxit originem. Mendoza 1. Reg. 8. annot. 30. f. 2.

Quis justior Noe? & tamen filium habuit impudentem. Isaac quam sanctus? & tamen ejus filius Esau nullam sanctitatem spiravit. Quis Moysæ perfectior? & tamen filios habuit tam degeneres. Quis sanctior Samuele? & tamen pessimus filios habuit. S. Chrysof. hom. 9. in Matth. quid filios Samuelis necessitudo juvit parentis? cujus non fuerunt virtutis hæredes. Mendoza ibid.

Atque perant filii Samuelis numerus. 1. Reg. 8. 3. Disce, non gloriam in filiis: quia sæpe sunt degeneres. Sic Abraham genuit Ismaelem; Isaac Esau; Moysæ Geram; Heli Ophni, & Phinees; Samuel Joel, & Abia; impios; David Abolonom; Salomon Roboam; Ezechias Manasse; Jofias Joakim.

Sicut filius non portabit innocens iniquitatem patris. Ezech. 18. 20. Sic nec filium reprobum decet de patris actibus gloriari. Petrus Bles. ep. 3. ad quemdam nobilem.

Filii ament, observent viros parentes, ac juvent.

Isaac non duxit uxorem vivente matre: ne uxoris dilectio dilectionem matris superaret. V. Bedai in c. 2. Ex. Gen. 24. 67. Cavet Deus Ex. 21. 18. ne quis patri, vel matri maledicat. Imò peccati hujus reum eidem poenæ subdit; ac eum, qui Deo maledicit. Levit. 24. 16.

In omni opere, & sermone, & omni patientia, honora patrem tuum. Eccl. 3. 9. Non satis est, verbo, & exteriori cultu, parentes revereri; sed etiam facultatibus adjuvare. Et omni patientia, ob illius ætatis morositatem, vel ingeniorum diversitatem, vel ob præceptorum rigorem. Pinna in Eccl. Ethol. 37.

Vidit alios duos fratres. Matth. 4. 21. Sæpius Christus D. hos duos fratres vidit; cur tunc primum vocat? S. Chrysof. hom. 14. in Matth. causam refert ad ea verba, cum Zebedæo patre eorum; quia una cum patre resiciebant retia, cum juvabant, senectam solabantur, iussis obediebant. Ob hæc pietatem digni fuerunt, ut in Christi societatem vocarentur. Id. Ethol. 36.

Nondum venit hora mea. Jo. 2. 4. Sanè nondum erat tempus, ut Christus miraeulis initium daret; sed maternæ preces tempus mutarunt. S. Chrysof. hom. 21. in Joan. cur, nondum horam suam venisse dixerit, implevit tamen matris voluntatem? propterea, ut, matri honorem exhiberet; neve genitricem tam multis præsentibus pudore afficeret. Id. ib.

Exempla filialis amoris.

Cum Aethna in urbes, & agros, effudisset incendium, duo juvenes humeris suis parentes illi ab ignibus exportarunt. Solinus in Annotat. c. 5.

S. Cuthmanus Conf. Anglus patre mortuo matrem ægram, & pauperem, mendicans circumvexit. Bolland. 8. Febr.

Nobili viduæ Japonice, sed pauperimæ, tres filii erant: quibus dolentibus deesse media matrem alendi, pia hæc placuit excogitatio. Ingens auri pondus rex promiserat silenti ante judicem aliquem furem. Concordant igitur, ut eorum unus, tamquam de furto convictus, à duobus deferatur; sicque aurum capiant, quo matrem alant. Prævaluit junior, mortique offerunt, ad judicem sistitur, datur illis proemium. At pietate commoti delatores lacrymantes pretium accipiunt; Quo regi nuntiato; mittit, qui eos sequatur, & causam stetit caute inquirat. Excipiuntur à matre cum ejulatibus, omnes pariter lacrymantur miseram sortem, suamque in fratrem sevitiam. Explicatur negotium regi; qui & victum solvere; & fratres, matremque ingentibus donis iussit cumulare. Alvarez Jof. III. Illustr. 248.

Non aliter didi Scipiones; nisi quod Cornelius, qui patrem luminibus carentem pro baculo regebat, Scipio cognominatus, nomen ex cognomine posteris dedit. Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 6.

Filialis obedientia.

Vidit scalam &c. Gen. 28. 12. S. Chrysof. hom. 54. in Gen. confidera, obsecro, eximiam curam misericordie Dei: quia enim juxta consilium matris, propter timorem fratris succentur peregrinationem; & quasi erroneam quemdam viam facere; & solum, atque ab aliis abstrahit, nullamque habentem consolacionem ullo ex loco; sed totum in supremum auxilium projectum; statim in ipso initio volens confirmare alacritatem ejus, apparet; & dicit: ego sum Dominus Deus Abraham. Statim initio itineris languentij Jacob Deus auxilium fert: quia iis, qui parentes colunt, mox Deus adest; nec eorum vota disscit. Pinna Etholog. 36.

Et vidit puerum in agro, tres quoque greges ovium. Gen. 29. 2. En quo recreatur theatro post saxum initiatus. Dormiens cœlo, hic puteo excipitur. Ibi videt, discurrunt Angelos, hic accubantes oves: Quid fidei subis, & peccatoribus? unde tanta dormientis, & confectantis, diversitas coramurum; Nimirum patri obedierat Jacob, cum peregrinaretur à domo sua cœlo Deus, & promissis exceptis. Gen. 28. 1. Et ait illi: Isaac Jacob præcepit quæst. Deo fuit obsecutus, cum erecto in titulum saxo, gregis, pæticque spectaculo luditur. Similiter obedientia ejus in matrem præmiata. Gen. 27. 8. Et sic mi, acquiesce consiliis meis. - Obedivit matri simplici obedientia, patrum intulit, calicem porrexit; moxque laudatus à patre prælati frater. Ergo, quod Abraham Gen. 22. 10. impetravit, stricto in unigenitum ferro; hæc Jacob in se tradidit fructu patri mensa. Servatorem ille sacrificio, hic patina demeruit. Obsecutus nimirum Abraham est voci Domini, Jacob matris consiliis acquievit. Oliva l. 2. Strom. §. filia Jerusalem nolite flere super me.

Cui illa respondit. Judic. 11. 36. Mirare in hæc filia obedientiam, religionem, & amorem patriæ, quibus se morti generosè offert. Potuisset patri replicare: ego non vovi me Deo immolare; nec tu, o Pater, es vitæ mea Dominus, ut me in vitam devovere, & occidere possis. Nolo adolescentula, & illiberis, mori. Sed noluit &c. timebat enim; nè, si mortem recusaret, poena violati voti in patrem, & patinam redundarent. Cornelius hic.

Filii impij in parentes.

Isaac interrogatus in Gerara, Gen. 20. 2. quæ ea mulier? quam circumducebat, respondit: Soror mea est. Idem pater ejus Abraham Gen. 12. 13. De filiis nostri temporis illud dici potest Didaci Nysseni polit. cœl. p. 1. l. 7. cap. 6. Tollunt, commutant, abradunt, aut certè emendant, ædificia, hortos pensiles, totum etiam regenda familie ordinem; ac omnem statum paternæ domus exterminant; ut se patribus sapientiores esse ostendant; & quasi pudeat, aliorum, vel parentum vestigiis insistere.

Abique liberis me esse fecerit. Gen. 42. 36. Sed licet pereat Benjamin, numquid decem tibi supersunt filii? viderat Jacob decem illos filios vitis irretitos, avaritia, invidia, &c. Et quid si fecit patricidium Joseph? Quia ergo paternam virtutum vidit expertes, degeneres putavit, quasi non essent sui. Orbanus Josepho, & Benjamin, sine liberis se judicat, licet tot liberis sit circumdatus: cum illi duo paternam imitarentur virtutes, fecus alii decem. De Castillo Illat. 6.

Servate mihi puerum Abalon. 2. Reg. 18. 5. Infelices filii inobedientes; non enim filii amittunt. Non filium vocat, sed puerum. S. Am-

De filiorum hereditate.

S. Ambros. in Pl. 118. qua ratione ante puerum dixit. postea filium nominavit. 2. Reg. 18. 33. Absolon filium suum non in utroque aut puerum dixit, aut filium? Verè puer erat, qui parricidio peccabat patrem. Non ergo pietatis nomen accipere debebat, sed infirmitatis. Ubi verò mortuus est, apud patrem personam criminis defecit, natura remansit. q. d. quia necesse crimen purgavit, filium vocat. Pinna Echol. 39.

Pater, da mihi portionem substantiae, qua mecutingit. Luc. 15. 12. Et cur filium paternam domum spernit? ipsa Vita parentis. Sic cupiditate hereditatis aestuat, ut patris vita torqueatur. S. Chrysol. ser. 1. heres impatiens patris fatigatur ad vitam. Avara auri, aut dignitatis, cupiditas de parentum funere gaudet. Naxera in Jos. 2. §. 39.

Vidi ego iuxta Gravelingas rivulum, iudè lacunam, in quam infelicem seneculum, venecii infimulatum, filius, filia, & gener, coniecerant; magistratus studia, ac familiae suae dedecus; praevertente moliti. Et quia vix aqua in ea scrobo satis erat, praevertente moliti. Et quia vix aqua in ea scrobo satis erat, ut vel pronum hominem profocarent, rastello miscelli caput in aquam immerfunt oppressere. Et huc ter miserissimus parens adagtes, cum eluctaretur; ad filiam, quam pater ceteris liberis dilexerat, convertus flebilis ejulatu: tunc, inquit, filia etiam mihi parenti tuo immerenti mortem adferes? ad illa tygris Medea ferocior: sine, pater, sine; mox tecum actum erit; & carnificinam, parricidiumque peregit. Doultreman lib. 2. c. 5. sect. 3.

Pena impiorum filiorum.

Et comportaverunt super eum acervum lapidum magnum nimis. 2. Reg. 18. 17. Christianus Adrichomius de hoc Absolonis exemplari tumulo: hodieque, ait, ibi turris, & magnus acervus lapidum, est; qui quotidie augetur. Nam peregrinorum quisque solet lapidem illum projicere cum imprecatione: maledictus fit parricida Absolon; & quicumque suos parentes impiè persecutur, maledicti sint in æternum. Ipsi Turca, & Barbari, cum execratione lapides eò jaciunt. Drexel. David c. 28. §. 2.

Qui, maledicit patri suo &c. Vide hic §. 1. sub initium. Quidam in pago contra matrem suam pro dividenda segete jurgabatur: cumque sibi majores fecerent manipulos, illa fraudis impatiens, filium, ne DEUM irritaret, sedulo componebat. Ille in furias actus criminibus apprehensam prostermit. Sinistro oculo sequenti nocte privatus, brachium ante, & retro, inquietissimè vi ocula agitant, amens denique efficitur. Mater tertio die mortua pro dolo. Carceri ille in triennium multatus. Ad sepulchrum tandem S. Frodoberti, prius multis facris locis visitatis, quietem brachii, & sensus capitique integritatem accepit. Bolland. 8. Jan.

Narratur de filio, falsis testimonio convictum, & innocentem condemnatum. In loco supplicii protestatus, se non reum sceleris imposti; mortuorum tamen iuste: quia meminisset, in hoc loco semel graviter offendisse matrem; quae facta impatiens mihi imprecata: taxit Deus! & hunc precor, ut eo ipso loco te suspensum videam, ubi in matrem impius esse non timuisti. Non sum mihi concies alterius sceleris. Paoletti Dom. inf. Ocl. Nat. Dom. Vide aliud terribile exemplum apud Stengelium t. 2. divin. Judic. c. 53.

Vide plura tit. Poena Talionis.

§. VIII.

Quomodo filii male immolentur.

Cain de fructibus terræ. Gen. 4. 3. Abelis est hæc vox: factum pingue dabo; non macrum sacrificabo. Cain ex adverso: sacrificabo macrum, non dabo pingue facrum. Cain offerent, qui proles stupidas, turpes, mancas, dant religionis pulchritas & ingeniosas conjugio. Cornel. hic.

Vocemus puellam; & queramus ipsius voluntatem &c. Gen. 24. 57. Hinc intelliges, quantum errent illi, qui per vim filias in uxores tradunt iis, quos ipse nollent. Vel qui eas monasteria includunt, ut religiosa sint; quamvis repugnent. Diez Conc. 2. de Joernat. Dom.

Nolite facere hominum Patri mei donum negotiationis. Jo. 2. 16. Et tamen hic ad Sacrificii majestatem, oves, & boves, vendebatur. Nos verò filios, & filias, in templum ducimus; non ut hostiæ sint Numinis, sed gazophylacii hirundines. Velut filia, non ut Domino pallat; sed ne domi periret; nuptiis exclusit, non illis immissa. Liberi aris admoventur, non ut, altari ferviant. 1. Cor. 9. 13. sed ut de altari vivant. Hinc dolemus, non Levitas institui; sed suos interdum adipari: à quibus luxuriæ cenno in haras aræ convertuntur. Multiplicitate voto auctorantur; & necesse; & plerumque nuptiis aptiores, quam cœlibatui. Clero filium devotes? Annam imitare; quæ Samuellem Domino obtulit: non ut e tabernaculo annonam, domum, deliciasque, referret; sed ut puer Domino ministraret. Oliva ser. 3. D. 1. Quadr.

NE filios tuos avaritiæ causam facias. Filios habens? eis thesaurum sempiternum thesauriza. Fac omnes filios tuos, ratione pietatis, & beneficentiæ, patres. Necessè enim te quandoque è vita discedere; deinde filium relinques parvum, Magistratus auxilio indigentem. Quemadmodum scorpium filium, quicumque aspexerit, timet; ne quando in ætatem veniet, patris venenum iniretur; sic item & ex te descendentes liberos, ut paternæ iniquitatis heredes futuros, priusquam ad ætatem veniant, omnes suspicabuntur. S. Basilii f. de avarit.

Quid ad conquirenda terrena, & peritura, distenderis? nihil majus præstare filius poteris; quàm si hoc bonum per te habeant, quod nunquam penitus amittant. Non necesse est ergo, ut filio tuo terrenos thesauros recondas: nulla eum facies ditionem; quàm si ipsum filium tuum thesaurum Dei feceris. Salvian. ad Eccl. Cath. lib. 1.

Dives ille in Evangelio, qui purpura induebatur, & bysso; absque dubio, qui loeples in hoc seculo ipse fuerat, etiam heredes suos mortis ditavit. Sed nequaquam hoc ei proderat, quod opibus, ac talentis, ejus germani divites incubabant; & magna guttam refrigerii imperare non poterat. Illi erant in abundantia; sed ille in egestate: illi in gratulatione; sed ille in dolore: illi in divitiis; sed ille in tormentis: illi fortasse jugiter in luxuria; sed ille semper in flamma. Id. ib. 13.

S. Paula pauperes tota urbe curiosissime perquirens, damnatum putabat, si quicumque debilis, & eluens; cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios; & inter oburgantes propinquos, majorem se eis hereditatem, Christi misericordiam dimittere loquebatur. S. Hieronym. in ejus Epist. ad Eustochium.

§. X.

De filiorum jactura.

Tunc quoque ligna holocaufti, & imposuit super Isaac filium suum. Gen. 22. 6. Putas, altius vestrum, ex ipsa historia narratione, tantum constantiam, tantum animi robur, acquirat: ut, cum forte amittitur filius morte communi, & omnibus debita, etiam si dilectus; adducat sibi in exemplum Abraham, & magnanimitatem ejus ante oculos ponat: Et quidem à te non exigitur istud animi magnitudinis, ut ipse alios filium, ipse gladium patris, ipse unicuique jugules. Esto Sacerdos animæ filii tui. Origenes hom. 8. in Gen.

Concessisti quatuor angulos domus, & pressisti liberos tuos, & mortuus fuer. Job 1. 19. Cum filium amiseris, filiamque refuge ad justum illum; solatiumque tibi profusissimum invenies. Tu quidem fortassis unum amites, vel secundum, vel tertium; ille verò totos, natusque. S. Chrysol. t. 5. hom. 5. de pat. Job.

Pellem pro pelle. Job 2. 4. Intendit Sathan dicere: quod amissionem possessionum, & naturam; Job patienter toleravit propter corporis sui salutem; & quod hoc non erat magne virtutis; sed erat humanum, & apud omnes homines consuetum. Et hoc est, quod dicitur: homo quicumque etiam non virtuosus dabit de facili pellem pro pelle; id est, carnem alienam pro carne sua; sustinet enim homo non virtuosus, ut quicumque alii, etiam quantumcumque conjuncti, potius corpore affigantur, quàm ipse S. Thomas hic Lect. 1. Job prius amisit possessionem, quàm filios: ne jam orbatò effect vilis rerum amissio; cum non essent heredes, quibus hæc servarentur. S. Bonavent. in Pl. 19.

Occidit omnes pueros. Matth. 2. 16. Fortasse illi pueri probi futuri non erant. Euthymius hic.

TITULUS IX.

FILII DEI CHRISTUS.

§. I.

In genere.

Ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Præstantius argumentum est, Christum esse Dei filium, quod converterit ad se peccatores, quàm quod mortuos suscitavit. Luc. 7. 15. adolescens à Christo suscitatus mox reddidit matri suæ. Jo. 11. 44. Lazarum suscitavit; & mox ait Discipulis: Solvite eum, & sinite abire. At Zachæum convertens Luc. 19. cum ipso manet; & probabiliter Zachæus securus est Christum. Cur mortuos suscitatos dimittit? peccatores autem convertos apud se retinet? ut sint Christi Deitatis argumentum. Non restituit mortuorum Deitatem Christi debeat: ita planè; sed convertio peccatorum mirabilis adhuc manifestat. Querit S. Chrysol. hom. de latrone: cur Christus in cruce illud audiens opprobrium: Si filius Dei es, desende nunc de cruce? Matth. 27. 40. cur tunc Dominus non fecerit aliquem mortuum adduci, ut eum in hostium conspectu à morte revocaret? & aperit se Dei filium ostenderet? Resp. latronis mentem averfam voluit commutare, ut ex omni parte ejus divinitas sentiretur. Melior est mi-

Interdum tu super vices. Pl. 62. 4. labia mea laudabunt te. id est: benignitas illa, quæ me peccatore ad Tartaro revocasti; hæc melior est ad Deitatem tuam restandam; quàm vix reddita Lazaro, videtur illi, aut principis filii. Elcob. 2. 3. Coll. Chr. p. 2. sect. 3. obs. 1.

Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Joan. 14. 9. Filius Dei, quia viva illius imago; qui filium videt, & Patrem videt. Alvarez in c. 37. Gen. Illustr. 20.

Non aliud est illi esse de Patre, id est, nasci de Patre, quàm videre Patrem aut aliud videre operantem, quàm patrem operari. S. Aug. de Trinit. l. 2. c. 1.

Deus quem genuit, quoniam meliorem se generare non potuit (nihil enim Deo melius) generare debuit æqualem. Si enim voluit, & non potuit, infirmus est: Si potuit, & non voluit, invidus est. Id. q. 48.

Manus, vel brachium, Domini Filius dicitur: quia per ipsum omnia facta sunt. S. Greg. hom. 2. in c. 1. Ezech.

Potest per os Dei unigenitus designari Filius: qui, sicut brachium ejus dicitur, quia per eum Pater cuncta operatur: ita etiam os dicitur, per quem nobis omnia loquitur. Unde & ei sponsa in Cant. 1. 1. dicit: osculor me osculo oris sui. Ac si dicat: tangat me præsentia dulcedine Unigeniti Fili demptoris mei. Id. l. 27. c. 10.

§. II.

Cur Christus vocetur filius David?

Filius David, filii Abraham. Matth. 1. 1. O quàm disparia nomina assumit Deus in novo Testamento, ab iis, quæ in veteri. Tunc enim plerumque vocabatur Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus hominum iustorum; quos, sicut Davidem, peccata necimus. Nunc autem filii David peccatores, filiusque Abrahæ iusti dicitur: quia non modo iustus; sed & peccatores, recipit. Diez Conc. 1. in Nat. B. V. Filius David nominabatur, quem misericordem esse sciebat. V. Beda l. 2. in c. 10. Matth.

De domo David. Luc. 1. 27. Quare Christus potius dicitur filius David, quàm Abraham, vel Isaac? quibus potissimè Christus præsentabatur. Primum est pietas, quæ suscepit inopes. Reg. 22. con-vertentur ad David omnes, qui erant in angustia. Sic Christus: ubi derelictus est pauper. Pl. 10. 14. Secundum est humilitas. 1. Reg. 24. 15. quem persequeris Rex Israel? & canem mortuum. Et Christus Pl. 21. 7. ego sum vermis, & non homo. Tertium est mansuetudo, quæ sustinuit patienter contumelias Semei. 2. Reg. 16. 10. Et Dominus contumelias, & blasphemias Judæorum. Hugo Card. hic.

Joan filii David miserere mei. Luc. 18. 38. Matth. 20. 30. Marci 10. 47. Nempè jam Davidis filio laudes canunt; jam ejus misericordiam implorant; jam subiectionem ei offerunt ceci, qui Davidi oppugnant arcem Sion exproberant, & contradixerant; unde tristorie illi dictum. 2. Reg. 1. 6. non ingredieris hæc, nisi abfultoribus caecos, & laudos. q. d. Soli coeci, & claudi, potentes sunt contra te bellare, & David, & arcem defendere. Jam ergo hi filii David prosternuntur in compemfan; jam agnoscunt, se illius solius egere auxilio, qui patrem oderant. Marchantius D. Quinq.

§. III.

Cur seipsum vocet Filium hominis.

Filius hominis. Ezech. 2. 1. Ezechiel hic fuit typus Christi; qui post descensum in carnem vocatur filius hominis. Cornelius hic. Appellat seipsum Jesus filium hominis, tum humilitate, tum appropriatione: quia ipse est, solus deditur homini, est totus hominis; ad hoc enim venit, ut hominem salvaret; ut seipsum daret redemptionem pro homine. Sicut Hebræo modo loquendi, filii nuptiarum dicitur dediti nuptiis; & filii sponsi, dediti iis, quæ sunt sponsi; & filii mortis, obnoxii morti, & sic de similibus. Cajetanus in c. 7. Matth.

Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Matth. 13. 37. Præcipuum nomen quæ deus in Scitpura nominat, Bonitas est; quæ omnia alia sub se comprehendit. Creator appellatur, quia, se creando communicat: Vita; quia nobis vitam tribuit: Sapientia; quod communicet nobiscum Sapientiam; nosque sapientissimè moderetur. Sic filium hominis se vocans, innuitam suam Bonitatem valde manifestat: hoc enim significat filius hominis, hominis ministerio deditissimus. Diez D. 5. Epiph. conc. 1.

Videbit Filii hominis venientem. Matth. 24. 30. Cur in his occasioibus, inter quæ gloriæ, & majestatis lux ostentationem facere poterat, filii hominis nomen usurpavit; quando illi honorificentissimus Dei titulus magis congruebat? Fecit hoc, ut ardentem suum erga homines amorem testaretur. Inter omnes glorias illam maximam putabat; quod gloriæ suæ consortem haberet hominem. Didacus Nyss. D. 19. Pent.

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

Oculo filium hominis tradit? Luc. 22. 48. hoc est, mansuetum, lenem, morigerum; propter te factum hominem, cum Deus sit. Theophylactus hic.

Filius hominis, qui est in celo. Jo. 3. 13. Christus D. sepe se dicit filium hominis: quia in hoc passus est, in quo filius hominis est. Albertus M.

Christus D. nunquam se filium Virginis, frequentissimè tamen filium hominis appellat. Ad reprehendum ut ait Sanch. Chrysol. hom. 30. in Matth. Judæorum tumorem; quod nimium insolenter de Abraham stirpe gloriabantur; virtutem parentum, defensionem suorum rati esse victorum. Mendoza in 1. Reg. 1. annot. 4. sect. 2.

S. Bernardinus rationem, cur Christus se vocarit filium hominis, dat istam: quia nos sumus filii hominum, non hominis: quia ex patre, & matre, quilibet generatur. t. 1. act. 3. l. 11.

TITULUS X.

FILII DEI ADOPTIVI.

§. I.

In genere.

Ecce hereditas Domini filii. Ec. Pl. 126. 3. Multi filii sunt merces unici Filii, qui est fructus ventris benedicti. Vel ubi? vel quando meruit hanc mercedem? meruit certè nascendo; meruit in præsepi jacendo, meruit circumcicionem sustinendo; meruit docendo; meruit opera frugitæ nostre extendendo; meruit moriendo; meruit nobis triginta tribus annis serviendo. S. Bonavent. spec. B. V. c. 12.

Et eris tu velut filius altissimi. Eccl. 4. 11. Magna hæc merces. Angeli natura omnes creatas alia dignitate præmerit; quare Joannes Baptistæ angelus dicitur est. Malach. 3. 1. nunquam tamen tam præcellens natura filii Dei nomine dignata est. Hebr. 1. 5. cui enim dixit aliquando angelorum filius meus es tu? hunc autem honoris titulum pupillorum Patri tribuit. Dan. 3. 92. Nabuchodonosor cum tribus pueris quantum vidit: & species quævis similes Filio Dei. Verum Filium Dei interpretatur Tertullianus, August. Rupert. nimirum quia pueris illis, omni ope humana delictis, pupillis denique, & opem tulit; dignum potuit rex existimare, qui aut filius Dei videretur, aut esset. Octavianus de Tuffo hic.

Filii Dei viventes. Olex. 1. 10. Potuisset Deus in justificatione per gratiam, & charitatem infidam, nos tantum facere justos, & Sanctos, illaque magna fuisset Dei gratia; & etiam nos in filios suos non adoptaret; sed hæc non contentus; voluit nos ita facere justos, ut simul adoptaret in filios. Rursum hæc adoptionem facere potuisset, dando nobis solam charitatem, gratiam, & dona creata. Sed eo non contentus bonus Deus; voluit nobis dare scipsum; & per se nos sanctificare, ac adoptare. Quocirca spiritus S. sponte sua se annexit suis donis gratiæ, & charitati: ut, quando-cumque ea infundit animæ, simul cum eis, & per eâ, infundat seipsum personaliter, juxta illud Rom. 8. 5. Charitas Dei diffusa est. Cogita, qualis fit dignitas, esse filium principis, regis, Imperatoris (hic enim filius hoc ipso dignior est ceteris omnibus.) Idem est in Divinis, esse filium Dei. Hoc enim in immensum amplius est, quàm esse regem, Imperatorem, Pontificem, dominum cœli, & terræ, imò quàm esse Angelum, Archangelum, Cherubinum, Seraphinum. Cornelius hic.

Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Jo. 1. 12. Qui receperunt eum fide, spe, charitate, imitatione possibili; ab ipso auctoritatem maximam acceperunt, quæ nulla major, nulla dignior, & utilior, & delectabilior, potui conferri mortalibus; ut in Divinam filiationem transirent. Simon Cass. de gest. Salvat. l. 1. c. 1.

Quicumque spiritum Dei agunt, ii sunt filii Dei. Rom. 8. 14. Illud porro Spiritu Sancto donari, & filios DEI fieri, expeditorum omnium extremum est. S. Joannes Damasc. histor. de Barlah. & Joseph.

Nè sitis ingrati tante gratiæ illius: qui, cum haberet unicuique, noluit illum esse solum; sed, ut fratres haberet, adoptavit illi: qui cum illo possiderent vitam æternam. S. August. tr. 8. in ep. Joan.

O admirabile mysterium! ò innumerabile commercium! ò mira, semperque amanda divinx propitiationis benignitas! Servi digni non fuimus; & ecce filii DEI facti sumus: heredes quidem DEI, cohæredes autem CHRISTI. Id. lib. Medit. cap. 16.

O homines! nolite desperare vos fieri posse filios Dei: quia & ipse Filius Dei, hoc est, verbum Dei caro factum est, & habitavit in nobis. Reddite vicem; efficiamini Spiritus; & habitate in illo, qui clarò factus est, & habitavit in nobis. Id. ep. 120. ad Honoratum.

Omnia dona excedit hoc donum, ut DEUS hominem vocet filium; & homo Deum nominet Patrem. S. Leo ferm. 6. in Nat. D.

Filiorum Dei adoptivorum obligatio.

Iste (Enos) capite invocare nomen Domini. Gen. 4. 26. Ideo dicitur primus invocasse; quia invenit verba deprecatoria ad Deum. Hugo Card. hic. Et Oleaster: quemadmodum filii Cain Musica instrumenta, quibus deliciarunt; & artem alendorum gregum, qua opes auferent; & arma, quibus inter se dimicarent; invenerunt: ita filii Seth modum invocandi Deum. Nam sicut filiorum hujus Seculi est, invenire modos, quibus dicescant, & deliciantur; ita filiorum DEI est, invenire modos, quibus Deum suum colant.

Non est exhortatio vehementior, ne peccemus; quam qua nos Scriptura Divina filios Dei vocat. Quis enim non erubescat, & metuat, tanto Patre agere aliquid indignum: ut qui dicitur filius DEI, ipse efficiatur vitii servus. S. Hieronymus ep. 1. ad Demetriadem.

Quia tanti muneris gratiam consecuti sumus, ut non solum servari, sed & illi, efficiamur; quasi filii DEI agere, & converteri debemus: ut id nos esse, quod dicitur, spirituali actu probemus. S. Chomatius conc. in c. 5. Matth.

Credamus, nos Filios Dei, respondeamus generi, vivamus coelo: Patrem similitudine referamus; ne perdamus vitium, quod sumus per gratiam consecuti. S. Chrysol. l. 10.

Ignobilitas maxima est, filios Dei filios diaboli fieri. V. Beda hom. in D. Sexag.

S. III.

Filii tropologicè sumpti.

Filius unius anni. Eccl. 1. Reg. 13. 1. Hebraei tempore, diei, mensi, & anno, tribuunt nomen filius: ut filius hujus anni, diei &c. dicitur, qui anno &c. natus est. Tempus enim, annus, & dies, dicuntur, quasi patres generare eos; qui illo anno, & die, nascuntur. Sic Jonæ 4. 10. hederæ in Hebræo vocatur filia nollis: quia illa nocte orta, & nata erat. Sic filius auroræ est Lucifer, sive stella Veneris, quæ in aurora nascitur. Sic filii orientis vocantur in orientem nati. II. 14. 12. Sic filii terræ vocantur terrigenæ. Judic. 6. 33.

Et filius ejus erit spes. Prov. 14. 26. Pronomen ejus referunt ad timorem Domini. Beda, idest, iis qui summè timent Deum; aded ut ex timore Domini, idest, ut matrice fati, concepti, & geniti, videantur; erit spes, tutela, & protectio. Sic enim valde sapientes dicuntur filii Sapientie; valde obediētes filii obediētiæ; valde diligentes filii diligentie. Cornelius hic.

Filius hujus Seculi. Luc. 16. 8. Dicit eos, qui laudant omnia, quæ in terra lucrosa sunt: filios vero lucis eos, qui debent per spirituales divitias comparare. Theophylactus hic.

Quasi filii obediētiæ. 1. Petri 1. 14. vocantur dediti obediētiæ, & planè additi obediētiæ: ut ex ea, quasi matre progeniti, planè obediētiæ indolem, & naturam imbibisse videantur. Hi sunt fratres angelorum; qui sunt potentiores virtutes, facientes verbum illud ad audientiam vocem sermonem ejus. Ps. 102. 2. Corn. hic.

Et peperit filium mascululum. Apoc. 12. 5. Propriè, & genuinè filius mascululus est populus Fidelis, & Sanctus, quem Christo parit Ecclesia. Alludit ad II. 66. 7. Sic populus Israel vocatur filius, isque primogenitus Dei. Oleez 11. 1. Puer Israel, & dilexi eum. Et: ex Egypto vocavi filium meum. Nota: Fideles, ut sint Christo chari, & genuini ejus filii; mascululi esse debent: ut fortiter suis cupiditatibus impudent, & constanter adversa quævis sustinent. Nam foemina, idest, voluptarii, molles, timidi, inconstantes; quasi spurii ab eo rejiciuntur. Corn. hic.

TITULUS XI.

FINIS.

S. I.

Finem boni, & mali exitum, perpende.

Recepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus. Gen. 3. 3. Mendax Eva dixit, sibi à Deo esse imperatum, ne tangerent &c. Imò licuisset tangere prius, & meditari multis; quid damni, quidque utilitatis cibus ille posset afferre. 1. Jo. 1. 1. quia fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod percipimus, & manus nostra conprehendimus de verbo vite. Sanct. Ambros. lib. de Paradiso cap. 13. videt, quod ante velut manibus quibusdam percutatur sit Dei verbum, & postea annuntiaverit. Et ideo fortè & Evæ nihil nocuisset verbum, si pertractantibus diligenter quibusdam mentis manibus tetigisset. Hinc omnis ruina, quod sine mentis consultatione ruitur in optata. Bæza l. 1. c. 7. 8. 27.

Cumque invenisset Angelus Domini eam in solitudine. Gen. 16. 7. Fugit à domo Abrahæ contumax Agar. At quo

evale? Nihil dici hic commodius ab Angelo potuit; quo Agar ad saniores fruges reduceretur, quam: unde venit? & quo vadit? v. 8.

Plantam pedis Elau apprehendit Jacob. Gen. 25. 25. Non caput, sed pedem; qui & patris benedictionem adeptus est. Si inter eos cupis esse quibus dicitur: venite benedicti. Eccl. non caput peccatorum, & voluptatum; sed pedes; & exitus, considera. Diez con. 2. Nat. B. V. Caput est principium, pes extremum hominis. Hæc est differentia inter bonos, & malos; quod boni in fine Jacob arripiunt peccatum per pedem, mali per caput. Stellap. 1. c. 7.

Non invenierunt, nisi calvariam, & pedes summas & manus. 4. Reg. 9. 35. Jezabel oculos, & faciem, pinxit stybio, & cerussa, & ornavit caput suum; & respexit per fenestram, ut Jehu falleret. Si aspexeris Mundi pigmenta, ornatum, & gestus; capieris. Intere autem infelicis Jezabelis finem, non caput; videbis eam à canibus devorant. Non invenierunt ex ea. Eccl. quia Deus vult Mundi extremitates ad tuam memoriam, & medelam, superesse; ut mortem, & omnium Mundanorum considerans finem, ejus pigmentis non capiaris. Stellap. 1. cap. 94.

Radix juniperorum erat cibus eorum. Job 30. 4. Radicem Juniperi comedunt. Sed hujus radicis quam sint asperi rami, non attendunt: quia nimirum modo prava actio quasi ex radice delectat in culpa; sed postea quasi ex ramis pungit in poena. Sanct. Gregorius l. 20. mor. c. 15.

Vox illa in finem plurimis psalmis præfixa, alius vertit: villorvi; alius in villoriam. Quocirca cum omnis certaminis victoria finis sit; ad quem, qui certamen ingrediuntur, omnia sua referunt; eaque freti pugnare incipiunt: mihi planè persuadeo, finis nomine, velut brevi quadam commotione, excitari omnes illos; qui in hujus vite stadio per virtutis excitationem decerant: ut finem respicientes, ipse coronæ obtinendæ, certaminum laborem levant, & minuant. Stadium est communis hominum vita. S. Gregor. Nyss. tr. 2. de inscript. psalm. c. 2.

Via peccantium complanata lapidibus; & sine illorum inferi, & tenebræ, & panno. Eccl. 21. 11. Græcè: in fine illorum foras inferni. q. d. via concupiscentiæ, per quam incedunt peccatores, initio videtur pulchra, amena, acsi planis lapidibus esset strata; at postmodum apparet aspera, trivis, & horrida: nam finis ejus deductus, & definit in infernum; ubi sunt tenebræ densissime, & poenæ atrocissimæ. Alludit ad Prov. 14. 12. est via, quæ videtur homini justa; novissima autem ejus deducunt ad mortem. Cornelius hic.

Sordes ejus in pedibus ejus; nec recordata est finis sui. Thr. 1. 9. Hebr. quia non est recordata finis sui. Tropolog. S. Thomas, & Rabanus: anima peccatrix non est recordata finis, idest, mortis suæ, & extremi iudicii. Corn. hic.

Ego sum a & u. Apoc. 1. 8. Vocalibus se comparat; quia ipse vocavit nos ad regnum Dei: quia verò nos per duo maxime vocat; scilicet per considerationem principii vite nostræ, & per memoriam finis; ideo se comparat his duabus litteris, quæ sunt extrema, & finales. Alberus M. apud Sylveira hic.

Uniuscujusque rei finem ante initium considera. S. Nilus Cap. parnet.

Peccatum est sicut falsitas in panno. Nam sicut mercator de falso panno non offendit emptori medium, neque finem; sed tantum caput: sic diabolus, qui est mercator peccati, ostendit fatuo emptori solum caput panis, idest, delectationem culpæ, non medium, idest, remorsum conscientie; vel finem, idest, poenam gehennæ. S. Bonaventura dial. fal. c. 2. de vitis in speciali.

Sapientis præcipua cura est, finem respicere. Joannes Gerson tr. 8. sup. Magnif.

Diligenter considera terminum peccati; ita demum odio habebis voluptates, & vanitates, quas Mundus tibi ob oculos ponit. Vita est flumen, quod currit ad mare mortis: fluminis aqua est quidem dulcis, ejus tamen finis est, ingredi in aquas amaras maris. Stella p. 1. c. 6.

Nemo, quantum sciat, præsumet bibere ex fonte, in cuius fundo serpentes videt venenosos. Itè ex fonte hujus Mundi non bibet, qui ejus fundum intuetur. Id. ib.

Philosophus quidam in foro proclamabat, se intellectum, & scientiam, vendituum emere volentibus. Quod cum princeps illius regionis intellexisset, misit ad eum nummos cum nummis. Philosophus autem detexit illis schedulam, in qua hæc sententia exarata: in omnibus, quæ factus es, semper cogita, quid tibi possit accidere. Quod responsum, licet risu, exceperint nuntii, rex tamen magni æstimavit; illi verba aureis characteribus in ostio palatii sui inscribi jussit. Cogita & tu in omni actione, quid tibi possit accidere; præteritum cum id, quod intendis facere, peccatum est: quid si in eis moriaris? quid si non confiteri possis? quid nullis acciderit, perpetrat etiam unico peccato mortali? Diez fer. 5. D. Pass.

Finis hominis, in quem creatus.

SI homo ita creatus est, ut per id, quod in eo præcellit, attingat illud, quod cuncta præcellit; idest, unum verum, optimum Deum; sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instruit, nullus usus expedit: ipse quaratur, ubi nobis omnia sunt secura; ipse cernatur, ubi nobis certa sunt omnia; ipse diligatur, ubi nobis recta sunt omnia. S. Aug. de Civit. lib. 8. c. 4.

Quis alius noster est finis? nisi pervenire ad regnum, cuius nullus est finis. Id. ib. l. 22. c. 30. Ideo nascimur, ut agnoscamus factorem Mundi, ac nostri Deum: ideo agnoscimus, ut colamus; ideo colimus, ut immortalitatem pro laborum mercede capiamus. Lactantius l. 7. instit. div. de div. proëmio.

Si fideliter, dilectissimi, atque sapienter, creationis nostræ intelligamus exordium; invenimus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset authoris. S. Leo l. 1. de jejun. decimi mensis.

Omnis actio, sermoque, Servatoris nostri Jesu Christi, pietatis, ac virtutis, norma quædam nobis est. Nec ob aliam causam homo ad imaginem Dei altissimi factus est; quam ut aliquid gesturus, in eum tamquam archetypum, exemplarque, adspicias; modum, viamque, virtutis imitari conaretur. Sanctus Basilus serm. quomodo Deus orandus. Cogita, quemadmodum formatus sis homo: neque enim aliam ob causam factus es; nisi ut ad Dei gloriam celebrandam essis instrumentum accommodum. Sanct. Greg. Nyss. or. 2. in hom. procr.

Formavit Deus hominem vultum. Eccl. 7. 30. Quamobrem? quia singularem etiam actionem erat traditurus. Reliqua animalia sunt bruta; & illa spectant, ad quæ nata sunt: ad pastum genita sunt pecora. Capiti homini subline est, ut genus celestè suscipiat. Oculi non tendunt in terram; quocirca non vim inferas nature tue. Terrena ne spectes; sed celestia, ubi Christus est. Genitus es, ut Deum videas, & contempleris: non ut humi dejecta serpat vita tua; non ut peccatum voluptates confecteris; sed ut vitam celestem agas. Id. ib.

Non propterea Deus nobis presentem vitam præstitit; non animam in hoc corpus iniecit; ut hac tantum fruamur vita; sed ut totis viribus ad futuram contemdamus. Bruta præterit dumtaxat vitæ usui sunt: nos idcirco immortales habemus animam, ut ad illius vite preparationem omnia moviamur. S. Chrysof. hom. 30. in Jo.

Deus dedit tibi vitam, ut se coleres; tu eam incassam, & inutiliter, consumis. Quaris quod sit damnus? si vel parum argenti temerè consumpseris, id omnino damnus appellas; si in totos dies in diaboli operibus consumpseris, nihil amissè opinaris. Idem hom. 57. in Jo.

Namquid propterea in hunc Mundum venisti? numquid propterea homo factus es, ut es; & aurum accumulés? Non ideo te ad suam Deus finxit imaginem; sed ut sibi placeat, ut iura bona consequaris; ut cum Angelis psallas. Id. ib. Ad hoc creatus es, ut Conditori tuo placeas, ut Domino tuo servias; & tu de mercedibus cogitas? Verè ignoras, quantum boni sit, placere Deo. Si enim scires, numquam aliquid aliud extrinsecus mercedis, aut muneris, ex-peteres. Nescis? quia major tibi augetur merces, quando non spe mercedis operaris, sed studio placendi. Id. de compunct. cord. l. 2.

Ad hoc plasmatus est homo, ut proprium cognoscat authorem? agnoscendo diligit; atque diligendo sic vivat, ut quandoque illo fruatur, ipsiusque ineffabili fruitione beatus existat. S. Laur. Just. l. de cont. mundi c. 1.

Scire debes, quod omnes sumus propter unum finem creati; scilicet ad cognoscendum, habendum, & amandum Deum. S. Edmundus spec. Eccl. c. 12.

Hæc est merces, & hæc est finis, & fructus nostri laboris, scilicet visio Dei. S. Bern. l. 5. in assumpt. B. V.

Cor humanum ad hoc factum est, ut videat suum Creatorem. Id. fer. 16.

Me totum ad tuum honorem fecisti; ut tibi perfectè in præsentem obsequar, & te in æternum fruam. S. Bonavent. sim. amor. cap. 7.

Totus Mundus servit homini, qui factus est pro homine; ut ipse serviet ei, qui fecit Mundum, & hominem. Id. l. 1. Dom. 8. Pent.

Sciōte, quia mercenarii sumus conducti. Sicut ergo nemo conducitur operarium, ut hoc solum faciat, quod manducet; sic & nos non ideo vocati sumus à Christo, ut hæc solum operemur, quæ ad nostrum pertinent usum, sed ad gloriam Dei. Author. Imperfect. hom. 34.

Gallus. Lem. Et aspice crebro. Epictetus in Enchir. si luscini essem, lusciniæ munere tangerer; si olor, oloris. Nunc, cum rationale animal sim, Deus mihi laudandus. Hoc meum R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

munus est, hoc facio: neque stationem hanc deseram, quoad licuerit; yosque ad eandem cantilenam exhortor.

S. III.

Motiva hunc finem assequendi.

Quis ascendit in montem Domini? Ps. 23. 4. qui non accepit in vano animam suam. Ps. 23. 4. In vano accepisti, nisi illam exerces in iis rebus, ad quæ creata fuit. Diez Dom. Quing. In vano accipitur aliquid, quando non dirigitur ad destinatum sibi finem. In vanum emisti vestem, si nunquam eam induas. Creavit Deus memoriam, ut ejus recordararis; intellectum, ut eum cognosceres; voluntatem, ut eum amares. Stella c. 95.

Orietur sol, & occidit, & ad locum suum revertitur. Eccl. 1. 5. Pro revertitur, Hebr. habet: anhelat, anhelitus tendit, in-hiat, ardenter cupit; Sept. trahit. Arab. trahitur. Sol enim tanta velocitate rapitur ab ortu ad occasum; ut anhelare, & fessus anhelu spiritu ad occasum, quasi ad quietem, rapi videatur. S. Ambrosius in Ps. 118. cum exaltatus fueris, omnia traham ad meipsum. Traxit enim ad se omnium studia; ut vel peccata nostra crucifigeret; vel bonum ingenium ad justitiam provocaret. Corn. hic.

Nescitis, quia in his. Luc. 2. 49. In his operibus, ad quæ Pater eum misit, usque ad mortem locutus fuit. Et primum verbum, quod legitur in hoc Mundo locutus fuisse, fuit, cum Matti, & Josepho diceret: nescitis, quia vobis, quæ Patri mei sunt; oportet me esse? Justum est, ut & nos id toto studio agamus. Opera, ad quæ nos Deus in hoc Mundo creavit, non sunt hæc, quibus plerumque occupamur, domos construere, divitias acquirere, dignitates expetere, & his similia; sed illa, de quibus. Ephes. 1. 12. ut sumus in laudem gloriæ ejus. Diez l. 4. Dom. 4. Quadr.

Excedat cor nostrum omnia vicia; excedat intentio universas cogitationes ex carne eductas: Totum ab animo rejicite; & quidquid occurrerit, dicite: non est illud. S. Augustinus in Psalm. 26.

Est amor res animæ naturali quodam pondere referens eam in locum, vel finem suum. S. Bern. c. 1. de nat. div. amor. Licet activa possit in Deum ordinari, & à sapiētibz ordinetur; tamen, quod propinquius est finis, magis est eligendum; & magis ipse finis; & illud, quod est ad finem. S. Bonav. Sim. am. c. 7.

Aristoteles in Meteoris ait: quod, quando res non facit illud, ad quod debet esse; definit esse, quod est. Ergo si homo rationalis est, & ad beatitudinem ordinatus est; si onisso eo, quod est, sensibilibz rebus adheret; ad quas non est; definit esse quod est. -- Homo, dum à suo fine recedit, & sensibus se involvit; homo esse definit. Id. l. 9. de temp. Ad æternam beatitudinem effensandum à Deo sunt omnia ordinata: ita ut etiam corporalia, & dum transeunt, dum in usum veniunt, aut in considerationem recipiunt; subserviant. Simon Cass. l. 12. c. 17.

Omni, quod non sortitur proprium finem finaliter, effect non esse melius. Id. l. 13. c. 4.

In actionibus primum principium est finis: quia finis est agendi ratio; & ex fine actionis ratio sumitur. Et propterea Jesus Legem Evangelicam inchoat à beatitudine: quam constat actionem, & laborum nostrorum omnium, finem esse; quandoquidem ut beati sumus agimus, & patimur omnes, quidquid voluntariè agimus, & patimur; Cajetan. in cap. 5. Matth.

TITULUS XII.

FONTES SACRI.

Ad fontem Misphat. Gen. 14. 7. idest, iudicii: ita dicitur postea; eò quod Deus ibi iudicavit Moysem, & Aaron; quasi indignos terra promissionis, ob incredulitatem ad petram. Num. 10. 12. Verum hic fons miraculo aquæ sanctificatus, postea dicitur esse Cades, idest, sancta Cornel. hic.

Parvus fons. Eccl. 10. 6. Appositè fons hic dicitur conversus in lucem, & Solem: quia magna est affinitas, & analogia fontis, & solis. Primò, quia sicut fons est origo, & scaturigo fluminis; sic sol luminis. Secundo: quod fons est in terra, hoc sol in caelo: sicut enim fons est quasi oculus terre, sic sol caeli. Unde Hebraicum Am, tam oculum, quam fontem significat: quia quod oculus est in homine, hoc fons est in terra, & sol in caelo. Tertio: quia flumen ex fonte manans limpido est, perspicuum, & clarum, instar crystalli; ac radiis solis illuminatum respundet ut Sol. Quarto: quia ex fonte, & aquis primigeniis creatus est Sol, & caeli. Simili modo Ether hic quasi aqua, idest, pauper, & abjecta, ab Aethero everta ad thronum, & solum regale, quasi ad caelum; facta est gloriola, & radians ut Sol: Hinc sepe Scriptura R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

ra lumen, & flumen, combinat: ut Psal. 35. 10. Domine, apud te est fons vitæ; & in lumine tuo videbimus lumen. Et Apoc. 22. 1. lumen gloriæ Dei describitur per fluvium paradisi. Corn. hic.

Fons horrorum. Cant. 4. 15. Adrichomius in descriptione terræ Sanctæ p. 107. n. 48. Fons horrorum, cujus in Cantico Salomonis fit mentio, ex monte Libano cum impetu scaturit; ac brevi spatio auctus in vehementem cursuque velocem, fluvium excrevit; suisque aquis, quæ limpidissimæ, frigida, & dulces sunt; omnes hortos (unde & fons horrorum vocatur) totamque regionem, quæ inter Libanum, & Tripolim, est, irrigat, & fecundat. Corn. hic.

Ante urbem Emaus prope trivium, in quo Christus post resurrectionem à mortuis cum Cleopa incidens, quasi simulabat se alterum pagum condere; est fons quidam salutaris, in quo homines, & animalia, lota ab infirmitate curantur. Ferunt enim, Christum cum Discipulis quodam tempore à via ad fontem illum divertisse, inque eo lavisse pedes; & ex eo tempore aquam vim medicinalem habuisse. Sozomenus l. 5. cap. 20.

Vale, lava in natatoria Siloe. Jo. 9. 7. Cur Christus ececum illuminaturus misit ad fontem, vel piscinam Siloe? Resp. quia Siloe erat typus Christi. Item: quia magna est similitudo fontis, & lucis; ablutiois, & illuminationis. Fons enim est quasi oculi, & lux terræ; & flumina sunt quasi limpidi agrorum lumina. Corn. hic.

Cor mihi penè exiit, cum in S. Pauli, Sacello vidi ipsissimum locum, & columnam, in qua Doctor Gentium Neroniano gladio capite truncatus est; atque tres limpidissimos fontes, qui ex uno, & eoque ingenti ejus capitis saltu, exillunt; & per 1600. annos, continuò exillunt. Rursum, cum vidi in Montorio collem, & Sacellum, in quo S. Petrus crucifixus fuit. In S. Potentiana puteum, in quo ipsa suis manibus tria Martyrum millia sepelivit. Id. in Ma. c. 26. v. 20.

Alf scærum corpus S. Sulpitii Pii Ep. B. Turicensis, assiduus fons olei redondat. Et licet ignis jure capiat pabulum, liquor tamen divinitus sumit argumentum. Bolland. 17. Jan. S. Gemelli M. occisi sanguis in fontem profluxit; in quem lapides immisit, five nati, ad hæc usque tempora rubescunt, quasi sanguine tincti. Id. 4. Feb.

S. Codranus M. medicus dum capite plecteretur, è faxo sanguine resperso fons erupit; quod in pluribus aliis Martyribus factum. Idem 10. Martii.

TITULUS XIII.

FORMA.

§. I.

In quo consistat? Quæ vera?

Tota pulchra es. Cant. 4. 7. Totus speciosus est, cui nihil deest pulchritudinis: totus speciosus est, cui nihil inest turpitudinis. Petrus Blesens. ferm. in Assumptione. B. Virg.

Pulchrum vocatur ex eo, quod omni ex parte pulchrum sit; & pluraque pulchrum; quod eodem modo semper se habet: ita ut nec oriatur, nec intereat, nec augetur, neque minuitur; nec partim pulchrum, partim turpe sit. Pulchrum idem est, quod bonum. Dionysius. Areopag. l. de divin. Nominib. c. 4.

Ei, qui pulcher esse cupit, quod est homine pulcherrimum, ornandum est: nempe mens; quam oportet quotidie pulchriorem, & magis decoram, ostendere. Clemens Alexandr. pædag. l. 3. c. 3.

Quæ est corporis pulchritudo? supercilium porrectum, collum erectum, digiti in longum producti, statura erecta. S. Chrysol. in illud; assistit regina à dextris tuis. Omnis homo, dum sui corporis pulchritudinem concupiscit, procerum se esse exoptat. S. Chrysol. l. 163.

§. II.

Forma exiguum, caducum bonum.

Næ tandem virum in specie sua. Eccl. 11. 2. Deformes fuerunt Socrates, Socrates, Crates, Gellius, Agellus, Aristoteles parvus, gibbosus, deformis, balbutiens; qui tamen sapientia, & virtute, excelluerunt. Ita S. Paulus, Chrysolomus, Gregorius Naz. Hieronymus, statura parvi; & tamen tanta lumina Ecclesiæ. Cornelius hic.

Surrexerat ante floribus immixta teneris sine spina rosa; & pulcherrimus flos sine ulla fraude vernabat: postea spina gratiam floris, tamquam humanæ præferens speculum vitæ; quod suavitatem perfusionis suæ finitimus curarum stimulis sepe compungat. Vallata est enim elegantia vitæ nostræ, & quibusdam sollicitudinibus obseptæ, ut tristitia adjuncta sit gratiæ. S. Amb. l. 3. hex. c. 11.

Huc, quod valde pulchrum est, hoc citò cadit. S. August. in Psal. 102. Ubi nunc decora illa facies? ubi totius corporis dignitas?

qua, velut pulchro indumento, pulchritudo animæ vestiebatur? Marcescebat, proli flante Austro lilius; & purpurea violæ, in pallore sensim migrabat. S. Hieronym. ep. 3. ad Heliodorum Epitaph. Nepotiani.

Quid aliud est pulchritudo corporis, nisi pulvis, & lutum? atque adeò quidpiam his etiam tertius, ac deformius? S. Chrysol. in Pl. 43.

Certe nihil aliud, quam gypso incrustatum sepulchrum, esse dixeris bonam corporis formam; modo exactè cognoscas: tam diversis oppleta est intus fordibus! Id. paranesi ad Theodorum lapsum.

Quantò caro sit pulchrior, tantò sit anima deformior. S. Cyrillus in Apologis l. 2. c. 25.

Forma est morbi, ac temporis, ludibrium. S. Gregor. Nazianz. or. 31.

Omnem formæ elegantiam mihi breve ver affert, eamque hyemis asperitas profinus extinguet. Idem orat. adv. mulier. se ornantes.

§. III.

Forma trahit, vincit.

Ecco unus de filiis Israel intravit ad septimum. Num. 25. 6. Formam vincit amarus, ferrum pulchritudo captivat: vincuntur species, qui non vincuntur proelio. Origenes hom. 20. hic.

Cum sponsus mirari amare suæ pulchritudinem descripsisset: pulchra et amica mea, sicut, & decora, sicut Jerusalem. Cant. 6. 3. præter omnem repetent expectationem subiungit: terribilis ut castrorum acies ordinata.

§. IV.

Forma exterior, & interior.

Rebecca puella decora nimis, virgoque pulcherrima. Gen. 24. 16. Bis dicitur pulchra: ut ostendatur, quòd pulchritudo exterior multum ab interiori puritate dependebat: ac proinde dicitur pulchra in exteriori facie, quoties virgo, & pura, in interiori. S. Chrysol. t. 6. ferm. quales ducentes uxores: quid mihi naras pulchritudinem corporis? dicas insignem ejus pudicitiam, dicas animi pulchritudinem. Sylvestra in ad. 7.

Ecco tu pulchra es. Cant. 1. 14. Duplici laude celebrat sponse pulchritudinem; ut non modo extrinsecus eam formosam esse ostendat; verum & intrinsecus decoram. Philo. Carpath. hic. V. Beda hic intelligit geminam pulchritudinem operis, & intentionis. hic.

Joseph pulchritudine animæ pulchritudinem corporis occultabat: sicut quidam formositate corporis; angelis autem venustate animæ, conferendus. S. Chrysolom. ferm. de Joseph.

Idem vocat exteriorem pulchritudinem; ancillam; interiori verò ejus dominam. hom. ad Eutropium, & illud ps. assistit regina.

De formoso, & pretiosè vestito, sed stupido, dixit adstantes Carol. V. Imp. est pulchra statua; sed sine anima, myrothecium sine balsamo; lypsanotheca sine reliquiis. Schollen Dom. 10. Pent. Disc. 12.

§. V.

Forma adscititia, & Miscellanea.

Qua non quæsit multibrem cultum. Esth. 2. 15. Actum de Esther est l. nani puella relique, quibuscum de occupando regis corde, pigmenta, & ornamenta petere; se principis gratiosam fore ornata confisit. Et tamen pigmenta sunt; delecta verò præ ceteris Esther, ipsa gratior negligentia; Oliva l. 5. Strom. hic.

Oculos habemus ad videndum, aures ad audiendum, nares ad olficiendum &c. Barba quis usus? nisi sola pulchritudo? Quare Deus barbam creavit in homine? speciem video; ulum non quero. S. Aug. l. 6. diversis.

Quod nascitur, opus Dei est: ergo, quod fingitur diaboli negotium est. Divino operi Sathan ingenia superducere, quam scelestum est. Tertull. l. de cultu fem.

Næ exuvias alieni capitis, forsitan immundi, forsitan nocentis, & gehennæ destinati; sancto, ac Christiano capiti suppare. Idem ib.

Projiciamus ornamenta terrena, si cœlestia optamus. — Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitie. Taliter pigmentata: Deum habebitis amatorem. Id. ib. Vide plura in Interpretate Terrulliani B. Rhenano erudita valde de habitu luxuriæ.

Quemadmodum cui impositum est cataplasma, & cui immixti sunt oculi; vel ipso aspectu præbet morbi suspicionem; ita fuscæ, tincturæ, & colores illi, animam intrinsecus ægrotare significant. Clemens Alex. pædag. l. 3. c. 1.

TITULUS XIV. FORTITUDO ANIMI.

§. I.

Symbola.

Flat firmamentum. Gen. 1. 6. Firmamentum est firmitas animæ in Deo, & cœlis, defixæ; quæ constanter sustinet aquas superas, idest, prosperitates; & inferas adverforum. Corn. hic. Sit nobis fortitudo quasi dies quintus, per quam hujus maris magni procellas toleremus; ac pisces spirituales Deo operante effecti vitam nostram inter undas servemus. Alredus Abb.

Rastice dimidium partem barba. 2. Reg. 10. 4. Hanon est diabolus; qui subinde bene facere volentibus barbam radit, idest, fortitudinem admittit: barba enim virilitatis, & fortitudinis, est Symbolum. Corn. hic.

Inter omnes viros fortes David Banajas maximè laudatur, qui interfecit lionem in diebus juvenis. 2. Reg. 23. 20. Magna gloria, occidere Leonem; sed major tempore hyemis, idest, defolationum &c. Incert. Aurh.

Acinthis, & Suisinthis, dicitur robusti, Abac. 3. 16. Prov. 31. 17. Job 38. 3. Pl. 17. 33. Pl. 92. 1. Unde cingulum, tamquam symbolum fortitudinis, Marti sacri consecravit, teste Homero Iliade 13. Romanorum lex erat, ut milites semper cincti essent. Alexander ab Alex. l. 1. gen. d. c. 20. distincti malè audiebant. Et ob id Octavianus Augustus, auctore Tranquillo in ejus vita, cum militem ignavum acerrimè punire vellet, distinctum per medias acies ire jubebat. Mendoza in 1. Reg. 1.

In manu ejus trulla canentarii. Amos 7. 7. Symmachus, Syrus, & Sep. pro trulla vertunt adamantanem. S. Hieronymus hic. Adamas sui nominis lapis est, quem nos indomitum postulum appellare; eo quòd 1. nulli cedat materiam, nè ferro quidem: nam, si ponatur super incudem, & gravi ictu feriatur mallei; sine ulla læsione, & malleus, accipiet vulnus, quam adamas conteratur. 2. Cum ignis omnia domet, & universa metalla consumat, reddit adamantem duriorum. 3. nulla lima immitti potest; sed è contrario limam terit. Corn. hic.

Summus Pontifex in pectore gestat Crucem adamantinam, etiam dum celebrat: quia summa in eo requiritur tum patientia, tum fortitudo, intenda fide contra hereticos. Cornelius in c. 3. Ezech.

Adamantis virtutem invictam, & contempterem duarum violentissimæ naturæ rerum, ferri, & ignis, docet Plinius l. 37. cap. 4.

Videtur Aquanimitas. Difficultas. Magnanimitas. Virtutes Cardinales.

§. II.

Fortitudo in vincendis difficultatibus.

Miscellanea.

Spiritus Domini induit Gedeon. Judic. 6. 34. Chald. Spiritus fortitudinis; qui à Domino proficitur, induit Gedeonem. Hic spiritus instat vestis erat; à frigore metus protegens. Jonghen Exh. 7.

Exultavit ut gigas. Psal. 18. 7. ut fortis. S. Cyrillus in c. 1. Isa. est familiare Scripturæ gigantes appellare eos, qui sunt robustissimi. Significat gigantes appellatio hominem illum, qui summum spiritualis fortitudinis fastigium sit adeptus. Procopius.

In tellurum Salomonis sexaginta fortes ambians ex fortissimis Israel. Cant. 3. 7. Vatabl. sexaginta heros ex heroibus Israel. Syr. gigantes.

Terribilis ut castrorum acies ordinata. Cant. 6. 3. Fortitudo Ecclesiæ, ac animæ piæ, oritur ex ejus pulchritudine: ideo enim terribilis est hostibus, quia decora est sicut Jerusalem; idest, sicut visio pacis. Corn. hic.

Super hoc lumbabit te populus fortis. Isa. 25. 3. Sanctorum scilicet, & electorum; qui fortiter se, siveque cupiditates, Mundi illecebras, & demonis tentationes, superarunt. Corn. hic.

Christianorum virtus propria, vera fortitudo est; quæ apparuit in Apostolis, & Martyribus; & apparere continuo debet in veris Christi sequacibus. Cajetanus in Luc. 1.

Vires corporales Deus dat bestis; animi verò fortitudo hominibus est propria; quæ consistit in adversis magno animo perseverendis. Stella p. 1. c. 32.

TITULUS XV.

FORTUNA.

Verre impiorum; & non erunt. Prov. 12. 7. Cajetanus; convertite rotas fortunæ impiorum; ut conversa rota impii,

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

qui in culmine consistebant, deorsum volvantur in inum & videbis eos jam non esse; utpote depressos, ac fortios, honore, gradu; tandemque ipsa vita privatos, & everfos.

Benedicite frigus, & alius Dominus; benedicite nives, & dies Dominus; benedicite lux, & tenebra Dominus. Dan. 3. 66. &c. Cur, ad communes Deo laudes concinendas, advocatur restant pugnant, & mutuo mella, quam sunt calor, & frigus; nox, & dies; lumen, & tenebra? Causa ea fuerit, quam insinuat Clemens Alexandrinus l. 3. Strom. sicut Mundus componitur ex contrariis, nempe ex calido, & frigido; ita etiam ex his, qui dant; & ex his, qui accipiunt. Monent Sancti pueri, ut se mutuo constanter aspiciant, obsecus & illustris; magnus, & parvus; servus, & Dominus; dives, & inops; ut neque hic desperet; neque ille præfidat; & neque opulentus immoderatè extollatur; neque humilis despondat. Exemplo suo Christus hanc doctrinam tradidit; de quo Matth. 5. 1. Ascendit in montem; & cum sedisset. Et Luc. 6. 17. descensit in loco lampetra. Quid est sedere? se humiliare? Ita Augustinus, Beda, Hugo. Sedere humilitatis est. Quid autem egit Dominus, postquam in humilem campum descendit? stetit in pedes erectus. Et quid stare significat? constantiam. Quem ergo benevolentior fortuna in prosperitatibus montem eduxit, ut steteret; sedat meminit, quòd humiliter posset. Quem verò intelletus in calamitarum valle abiecit, in pedes se erigere, & stare debet. Didacus Nyss. in Phoen. Græc. c. 4. In felicitatis monte nè avertas oculos a valle miseriæ; & in ima ærummarum valle nè despera ascensum in altum. Id. ib.

Romani, qui res maximas, & præclarè gelas, Fortunæ attribunt, & eam esse deam maximam existimant; postuerunt eam in serquino dignum; deæ templum fecerunt tribuentem. Clemens Alex. or. ad Græcos.

Vide tit. Providentia Dei. Prosperitas.

TITULUS XVI.

FRAUS.

Vulpes foveas habent. Matth. 8. 20. Vulpes foveas habent in corde tuo, quia dolosus es; volatilia cœli habent nidos in corde tuo, quoniam elatus es. S. Augustin. l. 7. de Verb. Dom. Vulpes dolus est; volucres cœli superbia est; sicut enim volucres alta petunt, sic superbi; & ut vulpes cavernas dolosas, ita omnes insidiatores. Quid ergo respondit Dominus? Potest in te habitare superbia, & dolus; Christus non habet, ubi in te habitet, ubi reclinet caput suum: quia reclinatio capitis humilitas Christi est. Id. in Psal. 90.

Dirigite viam Domini. Jo. 1. 23. Servus sum, & viam præparo Domino corda vestra. Proinde illa facite recta dolo vos, & obliqui; & facite aqua; ita ut Dominus per vos iter faciat. Theophylact. hic.

Ecco verus Israelita. Jo. 1. 47. Non enim omnes, qui secundum carnem ex Israel sunt, sunt Israelitæ; sed hi tantum, in quibus dolus non est: qui recto corde sunt; & Deum videre stitunt, reputantur Israelitæ. S. Rupertus l. 2. in c. 1. Joan.

Habens poculum amarum in manu sua. Apoc. 17. 4. Calicem, five poculum Babilonis, dulcem intelligimus deceptionem. Id. de Vict. Verbi Dei c. 15.

Circumventio aliena vel maximè diabolus facit. S. Bernardus ser. 10. in Pl. qui habitat.

TITULUS XVII.

FUGA CHRISTI IN ÆGYPTO.

UT fugaces revocaret, aufugit. Et revera, si, ut revocet errantem ovem in montibus, ipse errat; quomodo ipse non fugit fugientes populos, ut reductat? S. Chrysolomus ser. 150.

In Ægyptum fugit, ut & illam sanctificet. Theophylactus in c. 2. Matth.

Vadit in Ægyptum. Numquid alia terra defecit? Recordatus est Dominus, qui non in finem irascitur; quanta mala fecerit super Ægyptum: ideo mittit Filium suum in eam. & dat ei magnæ reconciliationis signum, & perpetuæ amicitie pignus; ut decem plagas una medicina sanaret. O communitatio dextere! Excelsi! ut populus, qui ante fuerat persecutor populi primogeniti, postea fieret custos Unigeniti Filii Dei. Author Imperf. hom. 2. in Matth.

Fugit in Ægyptum Dominus; ubi Hebrææ Gentis antiqua fuere cunabula. S. Leo ser. 3. de Epiph.

Quid sibi vult Evangelista, quòd hæc scribat ad memoriam sempiternam? devoti militis est, regis sui tacere fugam, referre constantiam, virtutes loqui, timores silere, sperare fortia, infirma reticere, prædicare victorias. Belliosus quod in bello fugit, artis est, non timoris. Deus, quando fugit hominem, Sacramenti est, non pavoris. S. Chrysolomus l. 150.